

TOMVS PRIMVS
MVSICI OPERIS, HARMO-
NIARVM QVATVOR, QVINQVE, SEX, OCTO
 ET PLVRIVM VOCVM, QVAE EX SANCTO CATHOLICAE
 ECCLESIAE VSV ITA SVNT DISPOSITAE, VT
 omni tempore inferuire queant.

Ad Dei Opt: Max: laudem, & Ecclesiae sanctae decus.

Incipit pars Hiemalis.

AVTHORE


Iacobo Händl.



PRAGAE, TYPIS GEORGII NIGRINI Anno M. D. LXXXVI.

Naslovna stran I. knjige izvirne izdaje / Title-page of the first book of the original edition

REVERENDISSIMIS
ATQVE ILLUSTRISSIMIS PRINCIPIBUS,
 DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA ANTISTITIBVS AC DOMINIS
 DOMINO MARTINO ARCHIEPISCOPO PRAGENSI:
 DOMINO STANISLAVO EPISCOPO OLOMVCENSI:
 DOMINO ANDREAE EPISCOPO VRATISLAVIENSI:
 PRINCIPIBUS AC DOMINIS SVIS CLEMENTISSIMIS
 S. P. P.



QUOD diuinus ille vir, vates Muficus, & Rex de fe
 aliquando cantando dixit, Domine dilexi decorem
 domus tuae, & locum habitationis gloriae tuae; id ego
 vos, Ecclesiae columnae, & Regni huius lumina, re
 ipsa eniti, toto corde occinere, vno velut ore loqui
 inaudio. Sic enim omnes, et finguli in hanc vnam rem
 incumbitis, ita domus Dei ornamenta omnia colligitis, & captatis vn-
 diq; vt nihil, quod huc quoquo modo pertinere arbitramini, a vobis ne-
 gligatur. Praeterea se quisq; & sua ita componit, & comparat, vt etiam
 ex hoc studio cumulus quidam gloriae in domum Dei redundet. Vestra
 quippe non voce tantum, & cura, pedo & mitra admoniti, sed etiam
 exemplo commonefacti, corpora, mentesq; suas multi viua templa vo-
 uent,

★ ij

uent, dicantq; Quo in domum, cultumq; Dei animo sis, Martine, D. Viti Metropolitana ædes, Praga, Bohemia loquitur. Quo & candore niteas, & calore æstues, Stanislæ, Olomucium, & Morauia clamat. Tuus Andrea zelus & ardor quis fit, etiam ante hoc, quod diu exercitæ, & testatissimæ virtuti tuæ parabatur stipendium, Silesia cuncta commemorat. Et cum diligentissimè procureris ea, quibus locus, domusq; Dei adornari, omnis religio & sanctitas promoueri, ouium vestrarum sensus ab his caducis sursum rapi, tolliq; solent, tum verò Musicam, vti ad isthæc aptissimam, quo par est loco habetis. Misi non ita pridem in Gazophylacium æra minuta duo, sudore Musico parta, quæ alij pluris, quam ego vel sperare, vel etiam sentire poteram, fecerunt. En redeo ad templum, & ne vacuus appaream, In conspectu Dei mei, aliquid sensum congestum, & ferè plus, quam nomen in annum prestum merum afferro, quod etsi multorum assiduæ flagitationes expresserunt, nullius tamen calcar acrius fuit, atq; R. D. Caspary Abbatis Zabrdouicensis ac Syloensis, vobis notissimi viri, qui Gallum suum vrgere nunquam desijt, ipse Musicus, Musicæq; fautor & amator singularis. Opus diutius ne premerem, ac sepelirem suasit, persuasit, impetrauit. Id ego Christo, Christi q; sponsæ, sed vestris
(quas

(quas oleo sancto tinctas, & gratiosas noui) manibus offerri percipio. Res pia est, dedignari, aut gratiam petenti recusare nolite, pœnitebit spero neminem. Nihil posui non sacrum, nihil miscui ahenum, nihil texui discrepans, Ecclesia mater est, quam ducem sequor; ab huius vsu, more, ordine discedo nusquam. Vestras autem manus elegi potissimum, quibus thesauri mei primam partem crederem: quia nimirum illæ non solum officium mihi, sed etiam præsidium pollicentur; illius enim magni Dei exercituum angeli vos estis. Quibus oro Gallus potius, priusq; cantet, quam his, quorum vita, harmonia, & dulcis concentus, quorum virtus non aures mulcet, sed animos quatit, quibus & domus Dei, & decor eius commissa sunt, intra quorum caulas ætatem penè omnem vixi. In vestros igitur sinus iacio, ac has thesauri mei primitias depono, humillimè petens, gratas vt habere dignemini, quippe in quas non artis tantum, sed æris etiam vires omnes, & quicquid hætenus mihi Musicus labor peperit, effudi. Valete amplissimi, et honoratissimi, ad Ecclesiæ decus, et præsidium diu superstites Patres, Patroni Maximi, Valete, & fauete, Gallumq; canentem patienter audite. Datum Pragæ, ipso die omnibus Sanctis sacro. Anno 1586.

Reuerendissi: ac Illustrissi: Celsitudinum Vestrarum

obseruantissi:

Jacobus H^{ndl}.

AD ECCLESIAM.

Siccine pestiferis, quos hæresis impia fingit,
Cantibus ò mater ludificata doles?
Non vltra dolor ille grauet, præstantius ecce
Hic opus, hoc laudes tollit in astra tuas.
Hoc te nectærea modulans dulcedine vocum,
Excutiet menti tristitia probra tuæ.
Hoc facer ordo tuus multis celebrabitur oris:
Hoc rna consueto crescet honore fides.
Hoc decus omne tuum rursus consurgat in auras
Vana sed hæresen scommata, victa cadent.
Ergo quid? hoc reliquum mater sanctissima, grato
Illud vt oblatum pctore munus ames.

AD LECTOREM.

EN tibi lector habes vario modulamine vocum,
Quale dedit nondum Musicus alter opus.
Arte, sono, (fateor) multorum Musica præstat,
Attamen hæc multa commoditate prior,
Quos alij nullo referunt discrimine cantus,
Hos opus hoc certo mense, dieq; refert.
Quæ paribus pleriq; choris, & vocibus edunt,
Hic tibi diuersis voce, choroq; sonant.
Multa (nefas) alij permiscet sacra profanis,
His selecta manent non nisi sacra libris.
Fortè fugis varijs corrasa volumina venis?
Vena hic authorem prædicat vna suum,
Et velut hæc authore vno se prædicat; vni
Sic Christi sponsæ consecrat illud opus.
Absit, vt illius se iactet adultera cantu:
Personat immundæ Musica nulla sui.

AD MVSICVM:

MVsice, non tali raperis dulcedine cantus?
Qui placet? eximia num sonet arte melos?
Inspice, voluc, viden quantas cantoribus isthæc
Musica multiplici voce refundat opes?
Hem, rugas in fronte moues? an copia vocum
Displicet haud templis inuenienda tuis?
Si bona sunt, ars, ordo, sonus: reprehendere nemo,
Ceu chaos immistum, iure valebit opus,
Omnibus author enim defert sua cantica templis,
Nulla subest illi criminis ergo nota.
Quæ tibi sortè placent, alijs minus ista placebunt,
Author at hic opera seruit vtrisq; sua.
Si tuba, si cornu, si tibia, & Organa præsto,
Alterius resonent distribuenda choris.
Si minor est numerus, poterunt encomia Christi
Singula pro modulo templa sonare suo,
Omnibus ex æquo nunquam res vna probatur:
Pluribus vtilior num reprobanda venit?

S. J. C.

AD AVTHOREM.

*CVr Jacobe tibi lucem qui nunciat ales
Dat nomen? frustra suspicer esse datum?
Non ita: quin potius si vera petatur origo,
Monstrant ingenij Musica dona tui.
Qui sic? miraris? vis te cum nomine dicti
Alitis adiunctum munus habere probem?
Incipiam? quid GALLVS agit? non pectora cantu
Suscitatur; Et lento victa sopore leuat?
An non, dum prima rubicunda crepuscula lucis
Precinit; aeterna nos meminisse iubet?
Sic tua tristitij humanas Musica mentes
Excurret; Et superum vult meminisse melos.*

S. I. S.

Index Harmoniarum. IN ADVENTU DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI.

OCTO VOCVM. Per duos choros.

- | | | |
|---|---|--|
| I. Aspiciens à longe:
II. Venite ascendamus ad montem Domini:
III. Veni Domine, & noli tardare:
IIII. Vox clamantis in deserto:
V. Latamini cum Hierusalem:
VI. Propter Syon non tacebo: | } | 2. Cantus 2. Altus: 2. Tenor: 2. Bassus. |
|---|---|--|
-

SEX VOCVM.

- | | | |
|---|---|--|
| VII. Iocundare filia Syon:
VIII. Hierusalem gaude gaudio magno:
IX. Prope est vt veniat tempus eius:
X. Rorate cœli de super:
XI. Emitte domine sapientiam:
XII. Letentur cœli & exultet terra:
XIII. Vinam dirumperes cœlos: Ad æquales: | } | 2. Cantus 1. Altus 2. Tenor 1. Bassus.
1. Cantus 2. Altus 2. Tenor 1. Bassus:
2. Cantus 1. Altus 1. Tenor 2. Bassus.
2. Cantus 1. Altus 1. Tenor 2. Bassus.
1. Cantus 2. Altus 1. Tenor 2. Bassus.
2. Cantus 1. Altus 1. Tenor 2. Bassus. |
|---|---|--|
-

**

Quinq;

QVINQVE VOCVM.

- | | | |
|---|---|--|
| XIII. Orietur stella ex Iacob:
XV. Super montem excelsum ascende tu:
XVI. Festina ne tardaueris Domine:
XVII. Veni redemptor gentium:
XVIII. O sapientia quæ ex ore altif:
XIX. Ecce Dominus veniet, & omnes sancti:
XX. Canite tuba in Syon: Ad æquales: | } | 2. Cantus.
2. Altus,
2. Tenores.
2. Bassus: |
|---|---|--|
-

QUATVOR VOCVM.

- | | | |
|--|---|--|
| XXI. Obsecro Domine mitte quem missurus es:
XXII. Egredietur virga de radice Iesse:
XXIII. Hierusalem cito veniet salus tua:
XXIII. Ecce concipies & paries filium:
XXV. Sapientia clamat in plateis:
XXVI. De cœlo veniet dominator Dominus: Ad æquales. | } | 1. Cantus: 1. Altus 1. Tenor 1. Bassus,
Ad æquales. |
|--|---|--|
-

Index

DIVERSARVM VOCVM CANTIONES
In Aduentu Domini nostri
IESV CHRISTI.



Octo Vocum. I. Chori I. Cantus.

Spiciens à lon- ge à longè, Ecce
 ij video Dei potentiam venientem, & nebula totam terrà te gente, Ite
 obuiam ei, & dicite, nuncia nobis, si tu es ipse qui regnaturus es, in popu-
 lo Is- rael, Is- rael, in populo Is- rael, Is- rael.



Quinq; Vocum. XVI. Bassus.

Estina ne tardaueris, Domine, Domine, festina ne tardaue-
 ris, Domine, & libera populu tuũ, populum tuũ, & libera, & libe- ra populum tu-
 um, Veni Domine, Veni Domine, ij Domine, & noli tardare & noli
 tardare, ij ij re- laxa facino ra plebj tuæ, ij
 & libera populum tuum, populum tuum, & libe- ra & libe- ra po-